Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449410-p0001-5

zu 00 8

O.i.840 (1–101).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449410-p0002-0

# THESES
# DE VSVSFRVCTVS AMISSIONE, ET VSVFRVCTVARIA CAVTIONE.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA, SVB PRAESIDIO CLARISS. ET CONSVLTISS. VIrorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Ioannis Hollandt SS. LL. Licent. Dictatoris & Fiſci, in celeberrimo Colonienſis Academiæ Iuris Collegio, pro laudabili conſuetudine diſputandas proponit, & defendere conabitur,

## PETRVS A BVLDEREN DAVENTRIENSIS.

*Anno M. D. XCI. Ipſ. Idib. Iunij.*




COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



25

# CONTINVATIO.

*NE inutiles eſſent proprietates ſemper abſcedente vſufructu,*(a) *placuit hunc certis modis* (b) *finiri, & ad proprietatẽ reuerti: Et veluti fructuarius vti frui debet, ita oportet ſecurus ſit proprietatis dominꝰ de proprietate.*(c) *Viſo itaq; quomodo vſusfr. conſtituatur, & qualiter fructuarius vtatur, fruatur: Videamus quomodo is amittatur, & qualiter proprietario interim caueatur.*

(a) l.3.§.2.l.an vſusfructus,56.ff.de vſufr.& quemad. quis vta.l. ſi vſusfructus municipibus,8.ff de vſu & vſufr.lega.§.Ne tamen Inſt.de vſufr.(b)§.finitur.Inſt.d.t.& tot.tit.ff. quib.mod.vſusfr.amitt.poſitis.(c)l. ſi cuius rei.13.in princ.ff.de vſufr.l.1. & tot.tit.ff.vſufruct.quemad.caue.

# THESIS I.

*VSusfructus quia diuiduus eſt,* (a) *vel integrè, vel pro parte ſingulis modis amittitur,*(b) *morte & capitis diminutione excepta.* (c) *Improprius ille per Senatum factus,* (d) *morte ſolummodo & capitis diminutione interit:* (e) *Verus autem modis varijs.*

(a)l.1.§.ſi vſusfructus, l.ſed vſusfructus,81 ff.ad leg.falcid. (b)l.vſusfructus ab initio.5. ff.de vſufr.l.placet,25.ff.h.t (c) l.Excepta.14.ff.h.t.l.Corruptionem, penult. in fin. C.de vſufr.(d)§.Conſtituitur.Inſt.d.t.tot.tit.ff.de vſufr.ear.rer.quæ vſu conſum. (e)l.ſi vſusfructus,7.§.vlt.ff.vſufr.quemad.cau.l.ſi tibi decem.6.l. In ſtipulatione, 9.cum l.ſeq.ff.de vſufr.ear.rer.quæ vſ.conſum.

## II.

*Ac primum quidem morte,*(a) *non proprietarij ſed vſufructuarij,* (b) *vſusfr. & vſusfructus conſtituendi ſpes*(c) *extinguitur: ac proinde inutiliter in id tempus alicui confertur, cum morietur,*(d) *nec per vſufructuarium alteri legabitur,*(e) *nec ſui naturâ ad hæredes tranſmittetur.*(f)

(a)§.finitur.Inſt.d.t.l.quod ſi hæres,47.in fi.ff.de vſufr.l.ſicut 3.§.fin.ff.h.t.l. in ſingulos.8.ff.de annu.lega.§.ſi quis autem.auth.de non alienand. coll.2. (b) l.ſi patri.3.l.ſi domina,10.de vſufr.(c)l.qui vſumfructum,36.§.ſtipulatus ſum.ff. de vſufru.l.Sempronius Attalus,26 ff.de vſu & vſufr.lega.(d)l.Titio.51.ff.de vſufr.(e)l. quod in rerum, 24.§.1.ff. de lega.1.(f)l.vn.§.libertatibus.verſ.Excepto. C. de cadu. tollen.l. ſtipulatio iſta, 38.§.ſi quis ita.8.ff.de verb.oblig.fac.l.quicquid.2.in fi.C.de bon.mater.l. Non ſolum.8.§. Tale. ff.de liberat.lega.l.2.ff.de vſufr.lega.

## III.

*Siq; ſpecialiter pro ſe & hæredibus acquiſitus ſit, etſi regulariter hæredis hæres & vlteriores ſucceſſores hac appellatione veniãt:*(a) *tamen, vt in ſubſtitutione impuberis,* (b) *alijsq; paucis caſibus,*(c) *ſic & hic ad proximum tantum pertinebit,* (d) *quin & ibi diuerſus eſt vſusfructus,*(e) *ideoq; per hæredem noua cautio præſtari debet.*(f)

(a)l.hæredis,65.& 170.ff.de verb.ſig.l.qui per ſucceſſionẽ,155.ff. de reg.iur.l. antiquitas,C.

tas.C.de vſufr.l.in annalibus,22.C.de lega.fac.l.2.C.de in lit.iuram.l.fin. C. de hæred.inſtit.(b)l.qui liberis,8.§.hæc verba.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.(c)l.ex illa parte,217.& l.ſciendum, 77.ff.de verb.ſign.glo.in d.l.qui per ſucceſſionem.(d) tex.in d.l antiquitas,C.de vſufr.(e)tex.in d.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.fac tex.in l.Repeti 5.& ibi glo. verb. hæredibus.ff.h.t.(f) Alex.in d.§.ſi quis ita.Bald.in d.l.vn.§. Excepto. in 1.col. verſ. ſed quid ſi concedo.C.de Cadu.toll.Mynſ.d §.finitur.nu.2.

## IIII.

*Imò nec fructus pendentes, licet maturi, ad hæredes tranſeunt,* (a) *ſed tanquam fundi pars* (b) *iure ſoli*(c)*domino cedunt:*(d) *Per eum vero percepti ad hæredes tranſmittuntur,* (e)*etiamſi necdum maturi fuerint cum decerperentur,* (f) *niſi hoc ideo factum ſit, ne dominus decerperet,*(g)*tunc namq; lege Aquilia teneretur.*(h)

(a)d.l.in ſingulos 8.ff.de annu.lega.§.Is verò,Inſt.de acq rer.dom.(b)l.fructus pendẽtes,44.ff.de rei vend.l.fin.§.vlt.ff.quæ in fraud.credit.l cum filius, 76.§. dominus, 2.ff. de lega.2.l.ſi ſeruus,61.§.locaui,5.ff.de furt.(c)Non ſeminis,l.qui ſcit,25.ff.de vſur.(d)arg. l.Iulianus.13.§.ſi fructibus.8.ff.de act.emp.& l.ſi pendẽtes,27.ff.de vſufr.(e)l.ſi fructuarius.13.ff.h.t.(f)l.ſi abſente,48.in fi.ff.de vſufr.(g)arg.l.& hæc diſtinctio, 35.§. cum fundũ, ff.loca.(h)l.ſi ſeruus,27.§.ſi oliuam,ff.ad leg.Aquil.iuncta l.ſi cuius.13.§. de præteritis. ff. de vſufruct.

## V.

*Quando autem fructus percepti intelligantur non omnium omninò vna opinio eſt : Accur.requirit in horreum reconditos eſſe,* (a) *ſed alij verius aiunt ſufficere ſi ſuá operá de terra deiecti ſint,*(b) *ſpontè verò delapſos in horreum reconditos eſſe neceſſum eſt.*(c)

(a)glo.mag.in l.Et ex diuerſo, 36.ff.de rei vend.(b)d.l.ſi fructuarius.ff.h.t. & ibi Bart. & Coſtal.l.ſi eius,78.ff.de rei vend.l.qui ſcit.25.§.1.verſ.præterea.ff. de vſur. Dd.in l.Certum,22.C.de rei vend.(c)argum.d.l.ſi fructuarius, Ex Baldo notat Mynſ.num.4.in d.§. Is vero. Inſt.de cer.diu.

## VI.

*Si tamen fructibus à Colono perceptis, nondum tamen ab eo ſibi penſione ſolutá vſufructuarius moriatur, hæredi eius penſio ſoluenda eſt,* (a) *ſi item fructuarius per Proprietar. impeditus frui non potuit, hæres quanti intereſt experietur,* (b)*ſi quis denique ſibi legatũ vſumfr. rogatus ſit alij reſtituere, atque is eundem iam fruendi cauſa in fundum induxerit, non legatarij ſed fideicommiſſarij morte vſusfr. perimetur.*(c)

(a)l defuncta,58.ff.de vſufr.fac.l.generali capite 32.§.hæredis 7.ff.eod.(b)l.quod ſi hæres,47.ff.eod.Mynſ.d.§.finitur.nu.3.(c)tex.in l.ſi quis vſumfructum,29.ff.de vſufr.lega. l.ſi legatum.4.ff.h.t.fac.l.Pomponius,29.in fi.ff.eod.

## VII.

*Secundò Vſusfructus qualitercunque etiam conſtitutus capitis diminutione* (a) *interit, Olim quidem omni,*(b)*hodie verò non minima:*(c) *Patri aũt vel domino per filiumfam. ſeruumue acquiſitus, per horum mortem, capitis diminutionem, emancipationem, manumiſſionem vel alienationem non adimitur, nec filio per mortem &c. patris aufertur.* (d)

(a)l.1.& l.ſicut.3.ff.h.t.l ſi operas,26.in fi.l.ſi vſusfructus 36. al. 40. in fi.ff.de vſufr.d.l. In ſingulos.ff de ann.lega.l.6.in fi.ff.de vſufr.accreſc.(b)Paul.lib.3.ſent.cap.3. VVeſ.d.§. finitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449410-p0005-7

finitur.n.3.(c)l.Corruptionem.pen.C.ne vſufr.d.§.finitur. Inſt.eod.§.1. Inſt. de acquiſ. per arrogat.(d)tex.in l.fina.C.de vſufr.Linius verb.Morte.d.§.finitur.

## VIII.

*Occaſione ſuperiorum quæritur, an per Monaſterij ingreſſum vſuſfr. extinguatur? Et quanquam mortis aliquam,*(a)*capitisve diminutionis,*(b)*ſpeciem præ ſe ferat religionis ingreſſus,eo tamen vſumfr.non finiri,ſed quoad vitam ingreſſi monaſterio deberi, poſt naturalem eius mortem ad proprietatem redire:*(c) *Patri autem in aduẽtitijs filij bonis debitum*(d)*per ipſum ingreſſum expirare exiſtimo.*(e)

(a)l.Deo nobis,55.in fi.princ.C.de Epiſco.&Cleric.§.Illud quoque,auth.de Monach. coll.1.c.2.ext.de poſtul.(b)Bart.in repetit.auth.Ingreſſi,nu.63.& auth.ſi qua mulier, n.5.& 6.C.de Sacroſan.Eccleſ.(c)Bart.in d.auth.Ingreſſi.nu.pen. & vlt. Salyc. ibid.nu.9.glo. ibid.& in auth.Idem eſt.C.de bon.quæ lib.fac.nota.per Salyc.in d.auth. ſi qua mulier, n. 3.(d)l.cum oportet.6.C.de bon.quæ lib.l.2.C.de bon.mater.§.quod nobis. Inſt.per quas perſo.cuique acq.(e)Saly.dd.locis.

## IX.

*Non vtendo etiam vſuſfr. amittitur,*(a) *Olim quidem per annale ſpatium in mobilibus,per biennale in immobilibus,*(b)*hodie verò tam in mobilibus,quam immobilib.*(c)*inter præſentes 10.inter abſentes 20.annis:*(d)*actio de vſuſfr.quæ alias ipſo iure,*(e) *hic exceptione extinguitur.*(f)

(a)d.§.finitur,l.placet,25.ff.h.t.l.cum in fundo,78.ff.de iu.dot.(b)glo.in l. Niſi ſublato,7.ff.h.t.Mynſ.d.§.nu.9 citans Pau.lib.9.antiq.VVeſ.h.t.n 7.citans Paul.lib.3.ſentent.(c)glo.in l.pen.C.de vſufr.Saly.ibid.nu.6.per l.fina C.de præſcrip.lon. temp.(d)tex.in l. pen.C.de vſufr.l.ſicut.13.C.de ſeruit.&aq.(e)l.1.& ibi glo.ff.h.t.(f)arg.l. Obligationum ferè,44.§.placet.ff.de act.& oblig.l.ſeruitutes,4.ff.de ſeruit.§.At ſi ita quis, Inſt.de verb. obligat.

## X.

*Alternis annis vſuſfructus legatus non vtendo non amittitur:*(a) *Sufficit autem ſi vel per alium vtatur;*(b)*per vnum quoq; actum ius totius vſuſfructus retinetur,*(c) *quocirca ſi ſciens quis tantum vtatur,non etiam fruatur,vſuſfr.ei manebit; ſi ignorãs interibit.*(d) *Planè actionem pro vſufr. conſtituendo competentem non niſi 30. annis finiri communis eſt opinio.*(e)

(a)l.ſi vſusfructus.28.ff.h.t.(b)l.Arboribus,12.l.non vtitur, 38.al.43.ff.de vſufr.text.in l.ſi mulieri,22.ff.h.t.fac.l.generaliter,9.l.quod meo,18.ff.de acq.poſſ.§.poſſidere. Inſt.de interd.(c) d.l. Arboribus, §.de illo,3.ff. de vſufr.fac.l.ſi ſtillicidij.8.ff. quemad.ſer.amitt. (d)l.Is qui vſumfructũ,20.ff.h.t.fac.l.2.ff quemad.ſer.amitt. (e)glo.Saly.n.4.verſ.Venio ad ſecundum,& DD.communiter in d.l.penul.C.de vſufr.Balb.in tract.præſcrip.3.par. 4.partis princ.q.5.n.3.

## XI.

*Hic quæri ſolet; An fructuarius malè vtendo vſumfr.amittat? Ego ex cautione eum teneri puto ad intereſſe,*(a)*niſi ſubſtantiam rei corrumpat: tunc enim ad inſtar Coloni,*(b) *Emphyteutæ,*(c) *& Vaſalli,*(d)*plerique volunt eum vſumfructum perdere,*(e) *quod tutius eſt iudicis arbitrio committere.*(f)

(a)l.1.§.vlt. & tot.tit.ff.vſufr.quemad.cau.(b)l.3.C.loca.(c)auth. qui rẽ. C. de Sacroſanct.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449410-p0006-3

ſanct.Eccleſ.(d)c.vni.§ pen.de pac.tenen.& eius viol.in vſib.feudo.(e) Bald. & Caſtr.in d.auth.qui rem,nu.3.per tex.in l.hoc amplius,9 §.fin.ff.de dam.infec.& in l.eos qui,3.C. de aquæduc.lib. 11.(f) VVeſ.ff.h.t.nu.7.

## XII.

*Ciuitati, vicis,* (a) *& Eccleſiæ,* (b) *datus vſuſfr. etiam non vtendo amittitur,* (c)*itē ſi aratrum in eam inducatur quaſi morte,*(d)*& centum annorum ſpatio,*(e) *quia is longæui hominis vitæ exitus eſt.*(f)

(a)l.ſi hæres,73.in fi.ff.de lega.2.(b)glo.vlt.in l.an vſusfructus 56.al.61.ff. de vſufr.arg. l.fin.C.de Sacroſan.Eccleſ.(c)l.Mæuius, 66.§.fin.ff.de lega.2. (d)l.ſi vſusfructus ciuitati, ff.h.t.(e)d.l. An vſusfructus,l.ſi vſusfructus, 8.ff.de vſufr.lega. (f) dd.ll.l.fin §.1.C.de Sacroſan.Eccleſ.auth vt etiā Eccleſ.Roma.cent.ann. gau. præſc.coll.4.fac.l. proponebatur 76.verſ.Et populum, ff.de iudic. De ſpatijs vitæ longiſſimis,Plin.nat.hiſt lib.7.cap.48.

## XIII.

*Tollitur etiam vſuſfr. Ceßione, ſi ſcilicet domino Proprietatis cedatur:* (a) *Extraneo enim licet commoditatem & ius percipiendorum fructuum vendere,*(b)*locare, gratis cōcedere,*(c)*vel pignorare* (d)*poßit, ita vt iure datoris ſoluto,ius etiam acceptoris reſoluatur:*(e)*Ipſum tamen vſuſfr. ius* (f) *iuxta communem* (g) *opinionem, contra Arium Pinel.*(h)*alienari non poſſe defendam.*

(a)d.§.finitur,(b)l.cui vſusfr.67.ff.de vſufr.l. Neceſſario, §. vlt. ff. de per. & com.rei vend.(c)d.l.arboribus,12.§.vſufructuarius, l. Non vtitur,38.& l.40.ff.de vſufruc.Inſt.de vſu & habit.in princ.(d)l ſi is qui 11.§.vſusfructus,2.ff de pigno & hypoth.(e)l.ſi operas 26.ff.de vſufr.l.ſi quis domum,9.§.1.ff.loca.d.l.Neceſſario.fac.l.lex vectigali 31.ff.de pig. & hypo.l.grege.13 §.ſtatuliber.eod.l 1.C.ſi pig.pigno.dat.ſit.(f) tex. exp.in l. Si vſusfructus,66.de iu.dot.d.§.finitur.verſ. Nam cedendo.(g)glo.VVeſ.Mynſ.in d.§. finitur. Idē in princ.Inſt.de vſu & habit.Coſtal.in d.l. Arboribus. Bart.in l. 6.C.h.t.Couar.var.reſol. lib.1.ca.8.nu.7.Gomeſ.var.reſol.tom.2 ca.15. nu.15. communem refert Soar.in verb.vſufructuarius,nu.93.& 94.(h)in l.1.C.de bon.mat.par.3.nu.38.

## XIV.

*Ex priori iſta controuerſia oritur altera, An videlicet vſufructuarius Extraneo cedens iure ſuo cadat? Affirmatiuam communiorem video:*(a)*ſed negatiuam,quia benignior eſt, ideo* (b)*defendendam ſuſcipio.* (c)

(a)l.in.d.§.verb.Nihil agitur.gl.ibid.verb.cedēdo.Couar. Gomeſ.Soar.dd.loc.per tex. in d.l.ſi vſusfructus.ff.de iu.dot.(b)arg.l.cum quidam,19.ff.de lib.& poſth.c.Odia.ext.de reg.iur.in 6.& arg.l Semper in dubijs,57.& l.ea quæ.153.in fi.ff.de reg.iur. (c) per tex.in d.§.finitur,iuncto c.non præſtat,ext.de reg.iur.in 6.l.2.& 3.ff.de opt.lega.l.hæc condicio. 10.ff.de condit.& demonſt.l.pen.ff.quan.di.lega.ced. VVeſ.in parat.ff.h.t.num.5. Ar.Pinell.d.lo.nu.39.

## XV.

*Ex contrario quoq; ſi vſufructua.rei proprietatem ſibi acquiſierit cōſolidatione vſuſfr. finitur:*(a)*quod ſi voluntate ad hoc ordinata fiat, proprietate poſteà ad priorem dominū quouis modo redeunte,vſuſfr.non reuiuiſcet, ſed ſolida Proprietas ad dominū redibit*(b) *ſi aliter, ſecus erit.*(c)

(a)ſæpe d.§.finitur,l.2.in princ.l.ſi tibi.17.l.ſi ſeruus.27.ff.h.t.l. quoties.34.al.39.ff.de vſufr.l.Idem eſt etſi.6.ff.de vſufr.accreſc.l.ſi fructuarius,4.ff.vſufr.quemad.cau.text.in l.

Si cum argentum,21.de except.rei iud.(b)tex.in d.l.ſi tibi 17.ff.h.t.fac.l. fin.C. de remiſſ. pig.(c)l.dominus 57.al.62.in princ.ff.de vſufr.l A liberto, 35.ff.de bon.libert.glo.in d.l. dominus,fac.nota.Bart.in l.ſicut.8.§.ſuperuacuum,num.3:& 5.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.

## XVI.

*Extinguitur,etiam vſusfr.rei totius,*(a) *interitu,*(b) *vel mutatione,* (c) *adeò vt domo cuius vſusfructus debebatur dirutá,etiam areæ vſusfr.perierit:*(d) *quin nec ſi ex eádem materia reædificata ſit vſusfr.reſtituetur.* (e) *Si verò per partes domus refecta ſit, etiamſi omnia noua ſint vſusfr.manſiſſe dicitur.*(f)

(a)l.ſi cui,53.al.58.ff.de vſufr.fac.l.fundi. 8.ff.h.t.arg.l domum 57.ff. de contrah. empt. (b)§.fin.Inſt.h.t.l.quid tamen.10.§.fin.l.vlt.ff.h.t.l.ſeruitutes.20.§. ſi ſublatum.ff.de ſeruit.vrb.præd.(c)l.Repeti.5.§.vlt.l.ſi cui balnei, 12.l.ſi ager.23. cum l.ſeq.ff.h.t.l.qui vſumfructum 36.al.41.ff.de vſufr.(d)d.l.Repeti.d.l.20.§.ſi ſublatum.d.§.fin. (e) d.l.10.§.1.& §. In nauis.ff.h.t.arg.l.qui res,93.§.Aream.ff.de ſolut.(f)d.l.10.§.1.fac.l.proponebatur,74. ff de iudic.Mynſ.ſæpe d.§.nu.10.

## XVII.

*Denique ad certũ tempus vel ſub conditione relictus,*(a)*perimitur eius exiſtẽtiá,* (b) *fructusq; poſt percepti reſtituendi ſunt.*(c)

(a)l.4.ff.de vſufr.l.Ambiguitatem 12.C.eod.l.Et puto,16.§.vſusfructus. ff. famil.erciſ. (b)l.3.in fi prin.& l.Interdum.15 ff.h.t.(c)l pater.5.C.de vſufr.

## XVIII.

*Vnde quæri ſolet; Vſusfructus vxori hac conditione, ſi caſtè viuat & honeſtè, relictus, an per ſecundas eius nuptias extinguatur? Quod quamuis nonnulli affirment:* (a) *ego tamen negandum arbitror,*(b)*aliter,ſi conditio viduitatis vſufructui adiecta ſit.*(c)

(a)Did.Couarr.in Epit.lib.4.decretal.par.2.cap.3.§. fin.nu.vlt. Soc.vol.3. conſ.56.n.4. & ſeqq.(b)Bart.in l Mulier,22.§.cum proponeretur,n.5.ad SC.Treb.& in l.fin.§ ſed quia apud n.2.C.de indic.vid.toll.Gaill lib.2.obſ.98.nu.vlt.(c)per tex.in §.Quæ verò nunc ſequitur, & §.vnde ſancimus.auth.de nupt.coll.4.auth. Cui relictum, C.de indic. vidu. tollend.

## XIX.

*Cui annectitur alia maioris dubij quæſtio.Si ad certum tempus alicui vſusfr. relictus ſit,atq; is ante expletum tempus moriatur, an vſq; ad temporis iſtius completionem vſusfructus ad hæredes tranſmittatur,an verò ſtatim morte ſoluatur,& proprietati accedat? Prius licet probabile,* (a)*poſterius tamen mihi videtur verius.*(b)

(a)per tex.in l.vxori,35.& l.generali,32.§.duas filias, 6.ff.de vſu & vſufr.legat. (b) per tex.in l.Ambiguitatem,12.C.de vſufr.Bal.ibid.in 1.col.verſ.ſed quæro, in vtramque partem diſputat.Tenet Saly.ibid.n.3 & nu.5.verſ.pen.fac.in arg.l.liberto, 21.§.fin. ff.de ann. lega.& l.à filia, 62.§.1.ff.ad SC.Trebell.

## XX.

*Prædictis modis vſufructu finito ad proprietatem reuertitur:* (a) *vt autẽ interim proprietatis Dominus ſecurus ſit,*(b)*Prætori æquiſsimum viſum eſt,*(c)*vt,ſiue ſolus vſus,ſiue ſolus fructus,*(d)*ſiue vſufructus ſimul qualitercunque etiam* (e) *conſtitutus ſit, vſu-*

*fructua-*

*fructuarius Proprietario, vel ſi plures ſint, ſingulis pro parte, (f) vel etiam confructuario, (g) cautionem præſtet.*

(a) §. fin. verſ. fin. Inſtit. de vſufruct. (b) d. l. ſi cuius 13. in princ ff. de vſufru (c) l. 1. in prin. ff. h. t. vſufr. quemad. cau. (d) l. huic ſtipulationi, 5. §. 1. l. vſu. pen. ff. h. t. fac. l. per ſeruũ, 14. §. fin. ff. de vſ. & habit. (e) d. l. 1. §. 1. l. ſi vſusfructus, 9. §. Illud ff. h. t. (f) d. l. ſi cuius, §. ſi plures, al. l. ſi vſusfructus. 15. in princ. ff. de vſufr. d. l. 9. §. fin. ff h. t. l. 1. §. ſi cum duobus, 10. ff. de collat. bono. (g) d. l. ſi cuius, §. ſed ſi inter. 3. d. t. l. ſi tibi decem, 6. in fin. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſ.

## XXI.

*Hæc duo continebit, 1. vſurum ſe boni viri arbitratu, (a) hoc eſt, dolum abſuturum, (b) nec deteriorem ſe cauſam facturum, ſed vt in re propria verſaturum, (c) atque ita omnem cuſtodiam præſtabit, (d) 2. qualitercunque (præter confuſionē) finietur, (e) ſe reſtituturum quod inde extabit. (f) Quod vt rectè obſeruari poſsit, (g) rerũ in vſumfr. datarum quaſi inuentarium conficiet: (h) quod nec à Teſtatore remitti poſſe arbitrantur. (i)*

(a) d. l. 1. in princ. & §. habet autem, h. t. d. l. 13. de vſufr. d. l. ſi tibi decem. ff. de vſufru. ear. rer. l. vſufructu, 4. C. h. t. §. ſed ſi gregis, Inſt. de rer. diuiſ. (b) l. huic ſtipulationi, 5. §. fin. ff. h. t. (c) d. l. 1. §. Cauere (d) d. l. 1. in fi. & l. 2. iuncta glo. ff. h. t. (e) l. 3. in prin. & l. 4 ff. h. t. (f) dd. loc. l. ſi vini. 7. ff. de vſufr. ear. rer. l. fin. ff. ſi cui plus quam per leg. falc. (g) arg. l. Non ſolum, §. ſed vt probari. ff. de op. no. nunciat. (h) tex. in d. l. 1. §. Rectè autē. h. t. (i) And. Gail pract. obſ. lib. 2. obſ. 145. nu 10. & 11. & obſ. præced. nu vlt. Et alij quos ipſe allegat.

## XXII.

*Nuda promiſsio hic non ſufficiet, ſed quia ll. modo vtilem cautionem, (a) modo ſatisdationem exigunt, (b) fideiuſſoria vel pignoratitia requiritur, (c) adeò vt licet benè per hæredem, (d) per teſtatorem tamen remitti non poſsit. (e) Quod vt in vero vſufructu omnes, ita in quaſi communiter tenent. (f)*

(a) §. Conſtituitur, verb. vtiliter caueatur, Inſt. de vſufr. l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. (b) d. §. Conſtituitur. verb. legatarius ſatisdet. d. l. 13 in princ. ff. de vſufr. l Tribus. 8. in princ. ff. de vſufr. ear. rer. l. vſufructu. 4. C. de vſufr. (c) d. l. Tribus. l. Sancimus C. de verb. ſig. l. 1. ff. qui ſatiſda. cog. l. habere, 188. §. cautum. ff. de verb. ſig. l. 1. §. Iubet autē 7. ff. de colla. bon. l. promiſſor, 21. §. vlt. ff. de conſtit. pecu. l. ſi mandato, 95. §. fin. ff. mand. l. ergo, §. Addici. 6. ff. de fideicom. libert. (d) glo. Bart. nu. 11. & Sal. nu. 4. in l. 1. C. de vſufr. arg. l. ſi quis in conſcribēdo. C. de pact. (e) tex. in l. 1. C. de vſufr. & in l. ſcire debetis 7. C. vt in poſſ. legat. fac. d. l. Tribus (f) Sal. in d. l. 1. nu. 3. & DD. communiter, Gail obſ. 145.

## XXIII.

*Volunt etiam nonnulli Teſtatorem hæredem ſuum grauare poſſe, vt fideiuſſorem pauperem à fructuario recipiat: (a) quod ego tamen rectius negari exiſtimo. (b)*

(a) Saly d. l. 1. n. 5. Bald. ibid. nu. 11. per tex. in d. l. Tribus. (b) arg. l. quoties, 6. ff. qui ſatiſd. cogan. & l. de die, § 1. eod. & arg. c. cum quid vna. ext. de reg. iur. in 6. l. ſcire oportet, 21. ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his, Gail d. obſ. ferè in fine.

## XXIV.

*Quid autem ſi fructuarius idoneos fideiuſſores habere non poſsit, an cautione Iuratoriá hæres proprietarius contentus eſſe debeat? Rigore iuris attento negatiuè, (a) æquitate verò con-*

rò con-

*rò conſiderata affirmatiuè concludo:* (b) *niſi ſuſpectus & improbatæ vitæ ſit vſufructuarius:* (c) *Tunc enim ita apud Proprietarium vſus fructus manebit, vt vſufructuario annuatim certum quid præſtet,* (d) *vel ſi magnum eius intereſſe verſetur in eo quod res apud Proprietarium ſit, ſequeſtrari debebit.* (e)

(a) arg. l. 2. C. de Tut. & Cur. qui ſat. non ded. Gail lib. 2. obſ. 47. n. 5. 6. 7. (b) iuxta auth. generaliter, C. de Epiſ. & Cler. §. ſed hodiè. Inſt. de ſatisda. auth. Cui relictum. C. de indic. vid. toll. l. 1. §. omnes, C. de adſert. toll. l. cum non facilè, 6. ff ſi cui plus quam per leg. falc. (c) arg. l. Non omnes 5. § à barbaris, ff. de re milit. (d) l. hac edictali, 6. §. his illud. C. de ſecund. nupt. hanc Sal. putat æquiorem in l. 4. C. h. t. Mynſ. cent. 6. obſ. 48. dicit hanc Cameram recepiſſe, Cepol. caut. 73. fac. l. 2. §. fin. ff. de colla. bon. l. filiusfam. 114. §. Ijdem principes, 9. ff. de lega. 1. (e) l. ſi fideiuſſor. 7. §. fin. ff. qui ſatisd. cog. l. poſtquam, 5. §. 1. ff. vt lega. no. ca. fac. l. 1. §. ſi frater. 8. ff. de coll. bon. l. litibus, 20. C. de agric. & cenſ. lib. 11.

## XXV.

*Cæterum ante cautionem præſtitam ad res fructiles conſequendas fructuarius actionem non habet:* (a) *ſiq́ue, in earum poſſeſſionem venerit fructus perceptos ſuos nõ facit,* (b) *niſi fructuario conſentiente percipiat,* (c) *non enim neceſſe eſt offerre, ſed ſufficit ſi petenti moram non faciat.* (d)

(a) d. l. ſi cuius, in princ. ff. de vſufr. l. 1. C. eod. l. 1. §. ſi decem. ff. vt lega. nom. cauea. (b) l. vxori, 24. & ibi Bart. ff. de vſufr. lega. (c) Gail lib. 2. obſ. 46. nu. 6. & ſeqq. (d) l. 2. §. 1. ff. quor. legat. l. 1. §. Non exigit, ff. vt in poſſ. lega. fac. l. Si quis filium, 5. §. fin. ff. de collat. bon.

## XXVI.

*Ad hanc, ſi ipſe res fructiles poſſideat, officio iudicis,* (a) *ſi eas ſibi tradi petat, iure exceptionis compellitur:* (b) *Si ea omiſſa ſit, in improprio vſufr. ipſa cautio condictione certi:* (c) *in vero, ipſa obligatio, condictione ſine cauſa condicitur,* (d) *ſtante ſcilicet vſufructu. Eo verò finito, in proprio vſufr. res vindicantur,* (e) *in improprio condicuntur.* (f)

(a) d. l. Si cuius, in princ. ff. de vſufr. (b) glo. in l. ſi homo verb. poſſit. ff. de vſucap. Gail d. obſ. 46. nu. 5. fac. in arg. l. Papinianus, 8. §. ſi filius 13. ff. de inoff. teſta. l. Nec non, 28. §. Exemplo. ff. ex quib. cau. maio. l. 1. 3. Is autem, ff. de ſuperfic. l. Inuitus, 198. §. cui damus, ff. de reg. iur. c. qui ad agendum, ext. eod. in 6. (c) l. hoc Senatuſconſultum 5. ff. de vſufr. ear. rer. l. Tribus 8. ff. eod. (d) l. Etſi vſusfructus 7. ff. h. t. (e) l. Omnes 3. in fi. d. l. Etſi vſusfructus, 7. l. fin. ff. h. t. (f) d. l. hoc Senatuſconſultum, §. pecuniæ. d. t.

## XXVII.

*Denique pro Corouide ſit quæſtio, An Cautio ſit de vſusfructus ſubſtantia? Ego arbitror in vero vſufructu negatiuè, In improprio affirmatiuè reſpondendum.*

per l. 2. l. ſi vim 7. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. §. conſtituitur, in fi. Inſt. de vſufruct. l. vxori fructu. 24. ff de vſu & vſufr. lega. Mynſ. in princ. Inſt. d. t. num. 6. Gail d. obſ. 46. num. 1. & 3.

153255
AB: 153255
(X 22039998)
K
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449410-p0011-0

De Legit. et Testamentar. [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449410-p0012-6

HESES

SVSFRV=

SIONE, ET VSV=

RIA CAVTIONE.

FAVENTE GRATIA,

ARISS. ET CONSVLTISS. VI-
aëlis Cronenburgeri, & D. Ioan-
icent. Dictatoris & Fiſci, in cele-
is Academiæ Iuris Collegio,
conſuetudine diſputan-
onit, & defendere
conabitur,

A BVLDEREN
NTRIENSIS.

. XCI. *Ipſ. Idib. Iunij.*



IAE AGRIPPINAE Bb
PETRVS KESCHIDT.

2526